

Victor iunior patriarcha, nepos antecessoris Victoris patriarche, sedit ann. .xvii., mens. .xi., dies .xiii.

Georgius patriarcha sedit ann. .i. +, dies .xxii.

Vitalis iunior patriarcha sedit ann. .iii., mens. .iii., dies .xiii.

5 Dominicus patriarcha, filius Petri tribuni Dominici, sedit ann. .vii., mens. .xi., dies .iii.

Laurencius patriarcha, filius Petri Mastalici, sedit ann. .xii., mens. .ix., dies .xxiiii.

Marinus patriarcha, filius Theodosii Contarenii, sedit ann. .xxxiiii., mens. .iii.,  
10 dies .vii.

Bonus patriarcha, [add.: qui primus fuit episcopus Aquilegensis, postea vero effectus est patriarcha], sedit ann. .viii. +

Vitalis patriarcha, filius Petri Candiani ducis, sedit ann. .l., mens. .vi.

Ursus patriarcha, filius Petri olim ducis Ursoyoli, sedit ann. .xxxvii., dies .xlv.

15 [add.: Post huius obitum electus est Dominicus].

Dominicus patriarcha sedit ann. \*\*\*

Dominicus patriarcha sedit ann. \*\*\*

Iohannes patriarcha, filius Iohannis Saponarii, sedit ann. \*\*\*

[Addition].

Petrus electus patriarcha, filius Iohannis Badovarii Noeli, rexit Gradensem  
20 ecclesiam ann. \*\*\*

Iohannes patriarcha, filius Iohannis Gradonici, fuit episcopus Aquilegensis per  
ann. .viii. et mens. .v.: postea effectus est patriarcha, rexit eandem Gradensem  
ecclesiam ann. \*\*\*

25 omni sua suppellectile illic latitabant, quibus<sup>(a)</sup> ecclesiam in honore  
sancte Dei genitricis Marie<sup>(b)</sup>, ut fuerat revelatum, prenominatus pa-  
triarcha facere precepit<sup>(c)</sup>. ad quem cum isdem patriarcha per-  
venisset locum, veluti ibi reppererunt signa, eiusdem ecclesie funda-  
menta iniecit<sup>(d)</sup>, ubi et monachorum cenobium adesse, nec non et  
Barbanum<sup>(e)</sup> abbatem fieri ordinavit; huius namque<sup>(f)</sup> socius ad  
30 propria remeavit<sup>(g)</sup>.

(a) idem namque-quibus] Su. qui plane ibi latuerant, ut paganorum rabiem declina-  
rent, venerantque de civitate Tarvisina, nam et cives eiusdem Tarvisine civitatis fuerant  
detulerantque illuc omnem filiorum suppellectilem et omnem familiarem substantiam, quam  
posse derant, quibus (b) Su in honorem s. Dei gen. M. eccl., ut eisdem (c) Su facere  
isdem Hellas patr. devote curavit (d) Su ad quem locum cum is. patr. simul cum istis  
viris ire disposuerat, ibidem, sicut illi predicerant, signa et fund. eius. eccl. In eodem  
loco reperta sunt, ibique statim ecclesiam fundavit et erexit, ubi et (e) Su adesset et  
ibidem perpetuo instituit nec non ibidem Barb. (f) Su alter vero (g) Su agg.: eo  
quod nimia filiorum coacervatione refertus in seculo fuerat, quos quidem barbarorum servos  
effectos audiverat et pre dolore statim diem postremam clausit